



## **Clypevs Theologiæ Thomisticæ**

Continens Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate; de Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non Dissertationem Theologicam de Probabilitate

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Parisiis, 1669**

Art. I. Vtrum lex nova à Christo instituta sit, & quibus præceptis ea constet?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77355](#)

## DISPUTATIO DVO DECIMA

580 fidei Trinitatis, Incarnationis &c. Et lex gratiae, propter efficaciam sacramentorum, ut ait S. Thomas quodlibet 4. art. 13.

Denum lex amoris seu charitatis appellatur, quia, ut bellè quidam ait, amor charitatis est veluti lex salica Christianismi. Vel quia, ut dicit Augustinus, lib. adversus Adimantum cap. 17. *Hoc est brevisima & aperiſſima differentia duorum testamentorum, timor & amor.* Addo quod, lex vetus cum terrore, nova promulgata est cum amore; caput enim promulgari à Petro, ipso die Pentecostes, quo Spiritus Sanctus, cuius peculiare nomen est amor, Apostolis ſeſe infudit, & in eorum cordibus Spiritum charitatis effudit, juxta ilud Apostoli ad Romanos 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.* Ad quod respiciens Bernardus Epift. 107. admirabundus exclamat: *O geminum, ipsumque firmissimum, erga nos amoris argumentum! Christus moritur: meretur ergo amari. Spiritus afficit, & facit amari. Ille facit cur ametur, iste ut ametur. Ille multam dilectionem nobis commendat, iste dat. In illo cernimus quod amemus, ab ipso sumimus unde amemus. Charitatis ergo ab illo occasio, ex ipso affectio.*

## ARTICVLVS I.

*Vtrum lex nova à Christo instituta sit, & quibus preceptis ea conſet?*

6. C alvinus in cap. 4. Epistolæ ad Galat. afferit Christum nullam legem novam tulisse, sed ſolūm à lege antiqua nos liberaffe: *O miserabilem, inquit, justitiam! O pernicioſum errorem predicanum Christum tanquam novum legifatorem. Quasi veterem legem abrogaverit, ut novam Christianis omnibus legem imponeret. Non fuit id Christi officium, ſicut ipſe dixit. Non misit Deus filium suum in mundum, ut judicet mundum, ſed in ſalvetur mundus per ipſum.* Et alio loco: *Ego, inquit, non judico quemquam. Non habuit profecto Christus id operis ac muneris, ut novam institueret legem, ſed ut ab hominum cervicibus servile illud legis jugum auferret.* Hoc illud est quod Paulus clamat. *Deum misere filium suum factum sub lege, ut eos qui ſub lege erant, redimeat.* Noftri vero novitii Theologi, divino adverſantes conſilio, pro liberatore legifatorem, qui nos in diuīſſimam tradat ſervitutem, ſuſcipiendum docent. Ut hic error explodatur, & vera atque Catholica ſententia declaretur,

Dico, Christus instituit novam legem ad Christianos pertinentem.

Probarit primò ex Scriptura, nam in veteri testamento promittitur Messias venturus ut legifator, & novam legem latus: Jeremiæ 31. *Ecce dies venient, dicit Dominus, & feriam domui Israël, & domui Iuda ſedns novum, &c. Dabo legem meam in viſcib⁹ eorum.* Que verba de Christo, ejusque ſedere & lege dicta eſſe interpretatur Apostolus ad Hebraos 8. & 10. Item Ilaicæ 2. ſic dicitur: *Et erit in novissimis diebus preparatus mons domus Domini in verice montium, & ſuent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: Venite & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in ſemitis ejus: quia de Sion exhibet lex, & verbum Domini de Ierusalem.* Que de Messia, ejusque le-

A ge dicta eſſe, ex ipſo textu maniſtum eſt. Et cap. 3. de codem Meſſia ſic ait: *Dominus iudex noſter, Dominus legifex noſter, Dominus rex noſter, ipſe ſalvabit noſ.* Denum in Evangelio Chriſtus paſſum loquitur de ſua lege: Joan. 14. *Manda-ta mea ſervate.* Joan. 10. *Si præcepta mea ſerva-ueritis, manebitis in dilectione mea.* Matth. 28. *Docete eos ſervare omnia quæcumque mandavi vo-bis.* Et Paulus 1. ad Corinth. 9. *Filiis qui ſine le-ge erant, factus sum tanquam ſine lege eſſem, cum ſine lege Dei non eſsem, ſed in lege eſſem Christi.* Et ad Hebreos 2. conſert inter ſe Chriſtum & Moysēm, tanquam duos legifatores, alterum veteris, alterum novi teſtamenti; & ait, ſi transgrefſores legiſ a Mōſe date punitiſunt, multo magis transgrefſores legiſ a Chriſto puni-dos eſſe. Quapropter merito Tridentinum ſeff. 6. can. 21. ſic pronun-iat: *Si quis dixerit Chriſtum Ieſum à Deo hominibus datum fuiffe ut Redem-p-torem, cui fidant, non etiam ut Legifatorem cui obediāt, anachema fit. Quibus verbis Calvini error maniſt eſt proſcribitur.*

Probarit ſecundò conſclusio: Ad providentiam Regis pertinet ſtatuerē leges, ad regni conſervationem, & Reipublica tranquillitatē neceſſarias vel utiles. Pertinet etiam ad providentiam Summi Pontificis leges ferre in iis quæ ad cultum Dei, & ad bonum Ecclesiæ ſpectant: Sed Chriſtus fuit Rex Ecclesiæ & Summus Pontifex illius, ut in Tractatu de Incarnatione disp. 22. art. 3. &

4. ostendemus: Ergo fuit etiam Legifatorem, & debuit utroque nomine leges Ecclesiæ neceſſarias vel utiles ſtatuerē, per quas ad finem propositum, qui eſt ſalus æternæ, promoveri poſſit. Porro ſicut regia dignitas conuenit Chriſto cum singulari excellentiæ, nulli alteri confeſſa, ut loco citato declarabimus, ita & potestas legiſtativa. Primo, quia fuit divina quodammodo, ratione ſuppoſiti divini, unde jus ab eo conditum, vocatur divinum ſimpliceriter. Secundò, propter ex-cellentiam legum & præceptorum, quæ ut diceamus conſolitione ſequenti, tripliſis generis ſunt.

D Tertiò, quia per talem potestatem legem veterem potuit abrogare. Denum, quia fuit ampli-ſum in universum mundum: Matth. 28. *Data eſt mihi omnis potestas in celo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, &c.*

Contra istam conſolucionem objici poſtet illud Joan. 1. *Lex per Moysēm data eſt, gratia autem & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, quo ſignificari videtur, Moysēm fuiffe Legifatorem, non vero Chriſtum, ipſumque nullam tulisse legem, ſed ſolūm gratiam & justificationem nobis promeruisse.*

Sed facile responderetur, non ideò gratiam dici per Chriſtum factam, legem vero per Moysēm datam, quod Chriſtus nullam legem tulerit; ſed quia Moysēs dedit Iudeis nudam legem ſine gra-tia, id eſt legem præcipitem, ſed non juvan-tem; Chriſtus vero dedit nobis legem cum gra-tia, id eſt legem præcipitem & adjuvantem. Quam ob cauſam vocatur ab Apostolo *lex spi-riuſa, & à Chriſto jugum ſuave & onus leve.* Unde Auguſtinus ferm. 22. de verbis Apoftoli: *Hac ſarcina (inquit) non eſt pondus onerati, ſed aſe volatur: habent enim & aves pennarum ſuarum ſarcinas, portant illas in terra, portantur ab illis in celo, &c.* Et Bernardus Epift. 341. ad Monachos B. Bertini: *Leve, ait, ſaluatoris onus, quod crescit amplius, eō portabilius eſt. Nonne & avicula levat, non onerat, pennarum, ſive plumarum,*

10. **numerofitas ipsa: tolle eas, & reliquum corpus fer-  
tur ad ima. Sic disciplinam Christi, sic nave ju-  
gum, sic onus leve quo deponimus, eo deprimi-  
mur ipsi, quia portat potius quam porreatur.**

Dico secundo, lex nova quæ a Christo data  
est, continet triplicia præcepta, nempe moralia,  
sacramentalia, & fidei.

Pater conclusio ex Scriptura: nam de præ-  
ceptis moralibus Christus dixit Matth. 19. *Si vis  
ad vitam ingredi, serva mandata;* per quæ præ-  
cepta Decalogi, quæ propriæ ad mores pertinent,  
juxta omnes Interpretes, intelligebat. Et Matth.  
9. divortium & libellum, repudiū probabit, &  
statuit, ut vinculum matrimonii non amplius dis-  
solvatur. De sacramentalibus Joan. 5. Christus  
aīt: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu  
Sancto, non potest intrare in regnum Dei.* Et Joan.  
6. *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, non  
habebitis vitam in vobis.* De præceptis vero fidei  
dicebat, Marci 16. *Qui crediderit & baptizatus  
fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, con-  
demnabitur.* Et Joan. 8. *Sin non credideritis, quia  
egi sum, moriemini in peccato vestro.*

Notandum vero, hoc inter triplicia illa præ-  
cepta esse discrimen, quod moralia, cum sint  
juri naturali, non fuerunt a Christo instituta,  
sed tantum explicata & vindicata ab erroribus,  
quibus ex hominum malitia fuerant involuta.  
Sacramentalia vero instituta sunt a Christo, ut  
effrent loco veterum, quæ ab ipso abrogata sunt.  
Præcepta vero fidei de novo instituta non sunt,  
sed tantum ex implicitis facta fuerunt magis clara;  
ita ut nunc explicitè mysteria quædam credere  
teneamus, quæ in lege veteri implicitè duntaxat  
credebantur: cujusmodi sunt nativitas, passio, &  
mors Christi, quæ a Judæis obscurè credebantur,  
sed expressè creduntur a Christianis.

## ARTICVLVS II.

Quomodo lex nova differat à veteri?

12. **L**Ex vetus & lex nova seu Evangelica in multis  
discrepant. Primo different in eo quod illa  
scripto tradita sit in tabulis lapideis ministerio  
Angelorum, ista per Spiritum sanctum hominum  
cordibus insculpta: juxta illud Apostoli 2. ad Cor-  
inth. 3. *Epistola ejus Christi (nimis) legem & doctrinam Evangelicam continentis) ministrata à nobis.* scripta non atramento, sed Spiritu Dei  
vivi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis  
carnalibus. Ubi Theophilactus: *Ex hoc loco  
Pauli, novi Testamenti inferi præcellentiam.  
Lex, inquit, atramento scribebatur: Evangelium  
in nobis per Spiritum scriptum est. Quanidem igitur  
intervallo, Spiritus ab atramento distat, & cor à  
lapide, tanto & novum à lege dispareat, &c.*

13. Dices primò, lex nova scripto fuit tradita, & quæ  
ac vetus, eam enim Apostoli & Evangelista des-  
criperunt: Ergo non valer tale discrimen.

Respondeo ex D. Thoma quæst. 106. art. 1. le-  
gen novam duo continere. Primò & principaliter  
gratiam & charitatem diffusam in cordibus,  
qui impellimur & juvamus ad bene operandum.  
Secundo, præcepta & regulas bene operandi; &  
quoad hoc secundum, legem novam scripto fuisse  
traditam, & quæ ac veterem; sed quoad primum  
fuisse in cordibus fidelium diffusam & insculptam,  
principiè in solemnis eius promulgatione,  
facta in die Pentecostes: tanta enim fuit tunc da-  
ta gratia & charitatis abundantia, ut vi illius po-

A tuissler tota lex nova sine scripto conservari, ut  
rectè dicir Ireneus lib. 3. contra hæreses cap. 3.  
Addo quod lex nova non fuit per se primò scri-  
pta & ex professo sicut Mosaïca, sed per occasio-  
nem scribendi vitam Christi, rogatu fidelium,  
vel docendi eisdem per Epistolæ, aut occurrenti  
hæresibus Cherinthi, Ebionis, & aliorum deinceps  
contra Ecclesiam insurgentium. Neque fuit  
scripto mandata eodem die Pentecostes quo pro-  
mulgata est, sed multò post, octavo nimis post  
mortem Christi anno, Petro & Paulo Romæ  
jam prædicanti, ut docent Ireneus lib. 3. cap. 1.  
Theophilactus præfatione in Matthæum, & Eu-  
febius lib. 5. historiæ cap. 8.

B Dices secundo, etiam lex Mosaïca fuit inscul-  
pta cordibus Judæorum, per illuminationem &  
gratiam Spiritus sancti, cum gratia non defuerit  
Judæis, ut possint intelligere & servare talam  
legem, multa supernaturaia præcipientem: jux-  
ta illud Deuteronom. 30. *Mandatum quod ego pre-  
cipio tibi hodie, non supradest eff &c. sed iustiæ eff  
sermo valde in ore tuo, & in corde tuo, ut facias  
illum: Ergo haec legis in mehre consignatio, non  
est propria novo testamento.*

Respondeo quod quamvis gratia necessaria non  
defuerit Judæis ut possint servare legem Moysis,  
illa tamen non pertinet ad legem Mosaïcam, ne-  
que fuit data vi statutus illius, in quo nondum  
fuerat solutum premium redemptionis nostra; sed  
pertinet quodammodo ad legem novam, & ad  
Christum ejus auctorem, a quo emendata fuit,  
& obtenta per ejus merita. Neque tanta fuit a-  
bundantia gratia concessa communiter illis tem-  
poribus, ut dici possit legem Mosaïcam fuisse à  
Spiritu sancto mentibus hominum insculptam;  
sed hoc soli lege Evangelicæ convenit, quæ, ut  
diximus, in die Pentecostes, quo solemniter pro-  
mulgata est, magnâ & visibili effusione Spiritus  
sancti, in cordibus Apostolorum & Discipulo-  
rum consignata est; juxta illud Jeremiae 31. *Dabo  
legem meam in viscerebus eorum, & in cordibus  
eorum scribam eam.* Unde Augustinus de Spiritu  
& littera cap. 17. *Ibi in tabulis lapideis digitus  
Dei operatus est, hic in cordibus humanis. Ibi lex  
ex irinsecus posita est, quā in iustiæ terrorerentur; hic  
in irinsecus data est, quā justificarentur.*

C Secundò, lex vetus & nova different in eo quod  
lex nova habet vim justificandi, idque dupliciti  
titulo. Primo quia habet presentem Christum ejus  
authorem & institutorem, qui potuit ex perfe-  
cta iustitia meriti & Deo satisfacere pro homi-  
nibus. Ideoque ex vi sui statutus dat gratiam per  
aliquid sibi proprium, & secum illam affert, velut  
animam legis: *Lex enim per Moysen data est,  
gratia & veritas per Iesum Christum facta est,* Joan. 1. Secundò, lex nova habet vim justifican-  
di, quia continet sacramenta, quæ habent vim  
causandi gratiam, & sunt veluti vasa illam conti-  
nentia; ut suppono ex Tractatu de Sacramentis.  
Contra lex Mosaïca, cum nec ipsum gratia au-  
thorem haberet, nec continenter sacramenta ha-  
bentia vim causandi gratiam ex opere operato,  
vim justificandi non habebat ex propriis, sed per  
respectum ad statutum legis gratia, & ad Christum  
eius authorem, cuius virtute & meritis gratia  
antiquis patribus in quacumque lege fuit collata.  
Unde D. Thomas quæst. 107. art. 1. ad 2. & D.  
Augustinus pluribus locis affirmant illos qui in  
veteri Testamento fuerunt Deo accepti per fidem,  
secundum hoc ad novum testamentum perti-  
nuisse; non enim justificabantur, nisi per fidem

D dd. iii